UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Divi Thomae Aqvinatis Doctoris Angelici Opera Omnia

Summa diligentia ad exemplar Romanæ Impreßionis restituta

Secunda secundae Summa Theologiae

Thomas <von Aquin, Heiliger>

Venetiis, 1593

7 vtrum raptus sit species luxuriæ.

urn:nbn:de:hbz:466:1-72772

Visual Library

Articvlvs VII.

Vtrum raptus ſit ſpecies luxuriæ diſtincta à ſtupro.

AD SEPTIMVM ſic proceditur. Vr̃, ꝙ raptus non ſit ſpecies luxuriæ diſtincta à ſtupro. Dicit enim Iſidorus * in lib. Etymol. ꝙ ſtuprum, id eſt raptus, propriè eſt illicitus coitus à corrumpẽdo dictus: vnde & qui raptu potitur, ſtupro fruitur: ergo videtur, ꝙ raptus non debeat poni ſpecies luxuriæ à ſtupro diſtincta.

¶ 2 Præterea. Raptus vr̃ quãdam violentiam importare. Dicitur enim in Decretis 36. q. 1. † quòd raptus committitur, cùm puella violenter à domo patris abducitur, vt corrupta in vxorem habeatur: ſed hoc, quòd uiolentia alicui inferatur, per accidens ſe habet ad luxuriam, quę per ſe reſpicit delectationem concubitus: ergo vr̃, ꝙ raptus non debeat poni determinata ſpecies luxuriæ.

¶ 3 Pręterea. Peccatum luxuriæ per matrimonium cohibetur. Dr̃ enim 1. ad Corinth. 7. Propter fornicationem vnuſquiſque ſuam vxorem habeat: ſed raptus impedit matrimonium ſequens: dr̃ enim in concilio * Meldenſi. Placuit, vt hi qui rapiunt fœminas, vel furãtur, vel ſeducunt, eas nullatenus habeant vxores, quamuis eas poſtmodum nuptialiter cum conſenſu parentum ſuorum ſuſceperint: ergo raptus non eſt determinata ſpecies luxuriæ.

¶ 4 Præterea. Aliquis poteſt cognoſcere ſuam ſponſam abſque peccato luxuriæ: ſed raptus poteſt committi, ſi aliquis uiolenter ſponſam ſuam auferat de domo parentum, & eam carnaliter cognoſcat. ergo raptus non debet poni determinata ſpecies luxurię.

SED CONTRA eſt, quod raptus eſt illicitus coitus, vt Iſid. * dicit: ſed hoc pertinet ad peccatum luxuriæ: ergo raptus eſt ſpecies luxuriæ.

RESPONDEO. Dicendum, quòd raptus, prout nunc de eo loquimur, eſt ſpecies luxuriæ. Et quandoque quidem in idem concurrit cum ſtupro: quandoque autem inuenitur raptus ſine ſtupro,
B quandoque verò ſtuprum ſine raptu. Concurrunt quidem in idem, quando aliquis violentiam infert ad virginẽ illicitè deflorandam, quę quidem violẽtia quandoque infertur tam ipſi virgini, quàm patri: quandoque autem infertur patri, ſed non virgini, puta, cùm ipſa conſentit, vt per violentiam de domo patris abſtrahatur. Differt etiam violentia, & raptus alio modo: quia quandoque puella violenter abducitur à domo parentum, &
C violenter corrumpitur: quandoque autem etſi violenter abducatur, nõ tamen uiolenter corrumpitur, ſed de voluntate virginis, ſiue corrumpatur fornicatio concubitu, ſiue matrimoniali. Qualitercunque enim violentia adſit, ſaluat̃ ratio raptus. Inuenitur autẽ raptus ſine ſtupro, puta ſi aliqs rapiat viduam, vel puellam corruptam. Vnde Symmachus Papa * dicit. Raptores viduarũ, vel virginum ob immanitatem facinoris tanti deteſtamur. Stuprum verò ſine raptu inuenitur, quando
D aliquis abſque violentiæ illatione virginem illicitè deflorat.

AD PRIMVM ergo dicendum, quòd quia raptus plerũque cum ſtupro in idem concurrit, ideo quandoque vnum pro alio ponitur.

AD SECVNDVM dicendum, ꝙ illatio uiolentiæ uidetur procedere ex magnitudine concupiſcentiæ, ex qua aliquis non refugit periculo ſe immittere uiolentiæ inferendæ.

Habetur 36. q.2. cap. Raptores.

¶ *Super quaeſtio. 154. articulum ſeptimum.*

IN artic. 7. eiuſdem 154. quæſt. occurrunt dubia quatuor. Primum, circa principium corporis artic. quo pacto ſtant iſta duo ſimul. ſ. ꝙ raptus ſit vna ſpecies luxuriæ diſtincta ab aliis, & tamẽ coincidat cũ ſtupro, & aliis ſpeciebus luxuriæ. Species namque eiuſdem generis non coincidunt.

¶ Secũdum dubium eſt in reſponſione ad ſecundum, quia magnitudo luxurię impellẽs hominem ad violentiam inferendam, non variat ſpeciem luxuriæ: maior enim, & minor luxuria non differunt ſpecie ex maiori magnitudine.

¶ Tertium dubium eſt in reſpõſione ad tertium ex Martino, impugnante illud literæ, Nec tamen raptus matrimonium iam contractum dirimit. Arguit ſiquidem, ꝙ matrimoniũ inter raptorem, & raptum ſit nullum ante condignam pœnitentiam, etiam cõſenſu puellæ poſt raptum accedẽte. Excommunicatus non eſt capax ſacramẽtorum: raptor autem eſt excõmunicatus, nec ante condignam pœnitentiam abſolui debet. Probat autem raptorem eſſe excõmunicatum per multos tex. 36. q. 2. ſ. cap. Eos. cap. de puellis, cap. ſi quis, cap. Nullus. capit. ſi autem, & cap. Placuit. Nec iura, inquit, iſta abrogata ſunt, nec eis contradicit Hieron. quia concilium illud non ꝓhibet totaliter coniugium inter raptorem, & raptam, ſed decernit non ſufficere ad horum coniugiũ dotationem, parentum conſenſum, ſuſceptionẽ nuptialem: quia requirit, quòd rapta parentibus reſtituatur, & raptor pęnitẽtiæ publicę ſubiiciat̃, alioquin manebit excõicatus.

¶ Quartum dubium eſt in eadem reſponſione ad tertium circa illud; Raptus impedit matrimonium contrahendum: quoniam non videtur hoc verum, niſi ſit raptus alienæ ſpõnſæ, vt dicitur 27. quæſt. 2. Statutum.

¶ Ad primum dubium dicitur, quòd cùm ſpecies moralium ſint accidentia actuum humanorum, non incõuenit plures ſpecies circa eundem actum concurrere, & ſic coincidere materialiter, non formaliter. Et hoc modo idem concubitus eſt in ſpecie ſtupri, quia eſt illicita defloratio virginis: & in ſpecie raptus, quia violentus. Et ſimiliter eſt de adulterio, cùm rapitur aliena coniunx.

¶ Ad ſecundum dubium dr̃, ꝙ raptus ſecundum finem ſignificatũ formaliter ponitur ſpecies luxuriæ, ſicut adulterium, & ſimilia. Secundum autem conditionem eius, quod eſt ad finem, quod etiã ſignificatur vt materia, ponitur ſub rapina, ſicut adulterium ſub vſurpatione rei alienæ. Nec in litera oppoſitum docemur, ſed
A oſtenditur, ꝙ non omnino per accidens huiuſmodi deformitates iniuſtitiæ adiunguntur luxuriæ: qm̃ tantò maior grauior eſt luxuria, quantò minus curat ſubire iniuſtitiæ offenſas, pericula, &c. Et non oſtenditur per hęc, ꝙ ipſa luxuria ex ſua magnitudine, aut quocunque ſui generis habeat ſpecificas dr̃ias per ſe in ſuo genere, vt in primo huius q. art. ad ſm̃ in litera hẽs. Simile eſt enim de adulterio, ſacrilegio, &c. iudiciũ. Lato ſiquidem vocabulo, ſpecierũ luxuriæ ſortita ſunt nomina.

¶ Ad tertium dubiũ dr̃, ꝙ tam maior in ſenſu i quo ſit, quàm minor, eſt falſa. Nam licet excommunicatus ſit incapax, hoc eſt, excluſus à ſacramentis, ita ꝙ nõ niſi cum peccato mortali poteſt accedere ad ea: non tamen eſt incapax ſic, vt ſi recipiat ſacramentum, illud ſit nullum. Nam ſi excommunicatus cõfirmetur, aut ordinetur, nõ propterea ſacramentũ eſt nullum, vnde non debet iterari. Et ſimiliter ſi matrimonij ſacramentum contrahit, validum eſt. Vnde & conſtat, quòd inter impedimenta impedientia matrimonium contrahendum, & dirimẽtia contractum, non comparatur excommunicatio, vt patet in quarto Sententiarum. Raptor quoque non eſt ipſo facto excommunicatus, ſed excommunicandus. in iuribus allegatis dr̃ ita clarè, ꝙ non eſt opus glo. niſi in c. Si quis, vbi dr̃, Anathema ſit, quod gloſſatur, Anathema fiat. qđ ex eo patet, ꝙ collectores cenſurarũ in iure conueniũt in hoc, ꝙ raptor non eſt excomunicatus. Mirum autem eſt de hoc homine, ꝙ duo impedimẽta dirimentia matrimoniũ adiicere ſe ſexdecim à tota Eccleſia approbatis non aduerterit. ſ. excõicationem, & raptum, aut vnum compoſitum ex vtroque.

E Ad id autem, quod addit contra primã reſponſionem authoris ad cap. Placuit, dr̃, ꝙ verè cap. illud ex concilio Aquiſgrani eſt abrogatum; qm̃ conſtat, ꝙ non ligat. Et ꝙ Hiero. intendit contrarium, dũ docet coniugiũ inter raptorẽ, & raptã poſſe eſſe legitimum de conſenſu partium, & cap. illud manifeſtè ſtatuit oppoſitum, ita vt non ſit capax expõnis Martini: qm̃ expreſsè prohibet totaliter coniugiũ inter raptorem, & raptã ẽt poſt dicẽdo, Placuit vt qui rapiunt fęminas, nullatenus eas habeant vxores, quãuis eas poſtmodum nuptialiter cum parentũ conſenſu ſuſceperit. Quid clarius? De requiſitis autẽ ante coniugium inter raptorem, & raptã, ſciendum eſt, ꝙ ſicut raptor pecunię, aut armenti reſtituiſſe dr̃, cùm ſatisfecerit dño rei raptæ, qñ ſ. fecit de re rapta, vt dñs rei diſpoſuit: ita raptor filiæ reſtituiſſe eam patri cenſetur, ſi de filia diſpoſuit, vt pater vult. Et propterea ſi patri placet, vt puella volũtaria maneat cum eo qui rapuit, non eſt amplius reſtitutioni obnoxius.

De pœnitentiæ autem publicæ debito non inuenio, quòd impediat matrimonium etiam contrahendum: quoniam ſolam pœnitentiam ſolemnem inuenio impedire contrahendum matrimonium, vt dicitur 27.quęſtio.2. cap.de his. vbi de pœnitentia non iterabili manifeſtè eſt ſermo. Nulla tamen pœnitentia dirimit contractum. Sed & in foro conſcientiæ, ſi raptor cōfeſſus eſt, & abſolutus, & reconciliatus puellę,& parentibus, &c. ad nullam videtur amplius pœnitentiam obligatus, ex quo ei non imponitur.

¶ Ad quartum dicitur, quòd quia impedimenta impediētia tantum contrahendum matrimonium, non videntur ita exactè diſcuſſa, ſicut impedimenta, quæ impediunt, & dirimūt: ideo non eſt mirum, ſi doctor aliquis inter impedientia tantum aliquid commune diceret, quod alij tacent. De raptu ſiquidem alienæ ſponſæ ex [illegible]ato textu ſatis conſtat, quòd impedit tantum cōtrahendum. Et de raptu vniuerſaliter videtur in cap. Si autem inſinuari. 36. quęſt. 2. per illa verba, Iterare cōiugium non præſumat. Et propterea fortè author abſolutè dicit de raptu, ꝙ non dirimit, etſi impediat contrahendū: quod tñ nō oportet ex vi huius literę vr̃ intelligere: ſed ſatis ſaluatur veritas literæ, ſi negatiua, quæ aſſeritur.ſ. Non dirimit, eſt vera vniuerſaliter: & affirmatiua, quæ cū aduerbio aduerſatiuo ſubiungitur, eſt vera permiſſiuè, & particulariter.ſ. Etſi impediat contrahendum; ita ꝙ ipſe loquendi modus permiſſiuam verificationē, quę particularis eſſe poteſt, inſinuet. Et ſic vr̃ exponendum, ne nouitates inducantur. Et ſic ad huiuſmodi literæ verificationem ſufficit, ꝙ raptus aliquis impediat contrahendum. ſ. raptus alienæ ſponſæ.

Ref rtur 36. q.2. c.tria.

36.q.1. cap. Lex illa præteritorum.

4.di.41.ar.4. q.2.corp. Et mal.q.15. artic.3.corp.

F parte ſua committit adulterium, & quòd ...
ſumantur ſecundum diuerſas mulierum ...
enim arguitur contra primum. Species ...
dum diuerſas conditiones mulierum: ...
ditione mulieris ſolutæ, cum qua ...

Ad tertium dicendum, ꝙ aliter eſt dicēdum de raptu puellarum, quæ ſunt aliis deſponſatę, & aliter de raptu illarum, quæ nō ſunt aliis deſponſatæ. Illæ enim, quæ ſunt aliis deſpōſatæ, reſtituēdæ ſunt ſuis ſponſis, qui in eis ex ipſa deſponſatione ius habent. Illæ autem, quæ non ſunt aliis deſponſatæ, primò reſtituendę ſunt patris poteſtati, & tunc de volun-

G tate parentum licitè poſſunt eas in vxores accipere. Si autem aliter fiat, illicitè matrimonium cōtrahitur. Tenetur enim quicunque rem rapit, ad eius reſtitutionem. Nec tamen raptus dirimit matrimonium iam cōtractum, etſi impediat contrahendum. Quod autem dr̃ in prędicto cōſilio, dictū eſt in deteſtationem illius criminis, & eſt abrogatum. Vnde Hieron.* contrarium dicit. Tria, in-

H quit, coniugia legitima in ſcripturis leguntur. Primū eſt, virgo caſta in virginitate viro data legitimè. Secundum eſt, virgo in ciuitate deprehenſa à viro, & illi per vim copulata, ſi voluerit pater eius, dotabit eam iſte vir quantū iudicauerit pater, & dabit pretiū pudicitię eius. Tertium autē eſt, qñ aufertur ei, & tradit̃ alteri de voluntate patris. Vel pōt intelligi de illis, quæ ſunt aliis deſponſatę, & maximè per verba de præſenti.

I Ad quartum dicendum, ꝙ ſponſus ex ipſa deſponſatione habet aliquod ius in ſua ſponſa: & ideo quamuis peccet violentiam inferēdo, excuſatur tñ à crimine raptus. Vnde Gelaſius Papa * dicit: Lex illa pręteritorū principū ibi raptū dixit eſſe cōmiſſum, vbi puella, de cuius nuptiis nihil actū fuerat, videbatur abducta.

Articvlvs VIII.

Vtrum adulterium ſit determinata ſpecirs luxuriæ ab alijs diſtincta.

AD OCTAVVM ſic proceditur. Vr̃, ꝙ adulterium non ſit determinata ſpecies luxurię ab aliis diſtincta. Dr̃ enim adulterium ex eo, ꝙ aliquis ad alteram accedit præter ſuam, ſicut dicit quædam glo.* ſuper Exodum: ſed alia mulier pręter ſuam poteſt eſſe diuerſarum conditionum. ſ. vel virgo, vel in poteſtate patris exiſtēs, vel meretrix, vel cuiuſcūque alterius conditionis: ergo videtur, quòd adulterium non ſit ſpecies luxuriæ ab aliis diſtincta.

¶ 2 Præterea. Hieron.* dicit, ꝙ nihil intereſt, ex qua cauſa qs inſaniat: vnde Sixtus Pythagoricus, Adulter, inquit, eſt amator ardētior in ſuā vxorē, & pari ratione in quamlibet aliam mulierē: ſed in omni luxuria eſt amator ardētior debito: ergo adulterium inuenitur in omni luxuria. non ergo debet poni luxuriæ ſpecies.

¶ 3 Pręterea. Vbi eſt eadem ratio deformitatis, ibi non videtur eſſe alia ſpecies peccati: ſed in ſtupro & adulterio videtur eſſe eadem ratio deformitatis: quia vtrobique violatur mulier alienæ poteſtati ſubiecta: ergo adulterium non eſt determinata ſpecies luxuriæ ab aliis diſtincta.

Sed contra eſt, quod Leo Papa dicit, quòd adulterium cōmittitur cùm propriæ libidinis inſtinctu, vel alieno conſenſu cū altero, vel altera, contra pactum coniugale concumbitur: ſed hoc importat ſpecialem deformitatē luxuriæ: ergo adulterium eſt determinata ſpecies luxuriæ.

Respondeo. Dicendum, quòd adulteriū, ſicut ipſum nomen ſonat, eſt acceſſus ad alienū torum. In quo quidē dupliciter contra caſtitatem, & humanę generationis bonum aliquis delinquit. Primò quidem, inquantum accedit ad mulierem nō ſibi matrimonio copulatā, quod requiritur ad bonū prolis proprię educandæ. Alio modo, quia accedit ad mulierem alteri per matrimonium copulatā, & ſic impedit bonū prolis alienæ. Eadē ratio eſt de

¶ *Super quæſtio. 154 articulum octauum.*

IN artic. 8. quęſtio. eiuſdem 154. in reſponſione ad primum ex Martino dubium occurrit contra hanc reſponſionem dicētem, quòd iſta expoſitio eſt obſcura, & ponit incompoſſibilia. Obſcura quidem, quia non dicit planè, vtrum in tali caſu concubitus mulieris ſit adulterium: nec etiam dicit, vtrum vir ex parte mulieris adulteretur, an non. Et licet de vtraque magis videatur beatus Thomas dicere, quàm non: in tali tamen caſu, qui frequēter contingit, & multorum conſcientias pulſat, fuerat loquendum apertius. Incompoſſibilia autem dicit hæc duo. ſ. ꝙ vir ex

lieris quandoque adulterij, quandoque ...
legij, &c. iuxta varias conditiones ...
Et hoc tam apertè dicitur, ſummariè ...
quod nec Martinus, nec alius clarius ...
¶ Ad probationem autem incompoſſ...
mū dictū exponit ſecundū in litera nō ...
ac allegatum ex ſupradictis. Nā ex hoc ...
gati cū quacunque ſemper eſt adulteri ...
latur fides coniugalis, manifeſtè docem...
ſic ſumi dictum eſt ex parte mulieris, ...
viri. vbi ſimilis adeſſet conditio ...

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN